de monstrantia edificari facere possint, et valeant
ac construi. Imo presenti separatione, et erectione
attentis prefatus Ill.mus Card.lis vult dictos homines
ad premissa facienda teneri, et obligatos et ubi neces-
saria dicte Curę.

Mandandoque ipsis hominibus quatenus dictas libras centum
octuaginta Imperialium exsolvere velint, et debeant
ac teneantur singulo anno ipsi Curato eligendo, et illi[s]
in dicta Ecclesia curatis successoribus una cum
Legatis, oblationibus, et alijs ecclesiasticis obventio-
nibus in ipso Loco, et Ecclesia parochiali cedentibus,
et fiendis pro ipsius Curati substentatione ——

Quę omnia, et singula prefatus Ill.mus Card.lis statuit
et ordinavit ex certa scientia, et tam ex eius auctoritate
ordinaria quam etiam maiore, et in executione S.ti Con-
cilij Tridentini, et ita ab omnibus quorum interest
et intererit, quosque presens negotium tanget, seu
tangere poterit quomodolibet in futurum inviolabiliter
observari, volendo, et precipiendo, et ut premissa
omnia, et singula per prelibatum Ill.mum D. Card.
ut premittitur statuta, et ordinata, ac indulta
robur obtineant, nec super eis aliqua questio moveri
possit. Iniunctum fuit mihi Notario, et Cancellario
infrascripto ut publicum de predictis conficerem instrum[entum]
unum, et plura tenoris eiusdem ——

Actum in domo habitationis D. Marci de Testoribus [...]
in supradicto Loco de Olginate plebis Garlate Duc[atus]
Mediolani. Presentibus D. Io. Ant.o de Rochis filio q[uondam] [...]